

Universitätsbibliothek Paderborn

Ephemeris Ecclesiastica Concionatorvm Hoc Est Considerationes Methodicæ Sev Veritates Practicæ

Ex Vita Domini Jesu, Sanctorumque Gestis In Singulos anni dies mira
facilitate & solertia distributæ ... ; Cum indicibus necessariis

Pars Æstiva - A Dominica SS. Trinitatis, ad Dominicam decimamquintam
post Pentecosten

Haineuve, Julien

Coloniæ Agrippinæ, 1665

Feria 5. De 4. Beatitudine quæ est esuries & sitis justitiæ. Beati qui
esuriunt & sitiunt Justitiam.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44226

lugebitis & sibi. Vide admirabilem horum texturam, & expendetia singulatim. Primum non hic fieri mentionem puri luctus, aut purae consolationis; sed utrumque simul à Domino jungi, quod & ipse Sapiens dixerat, Ritus dolore miscetur, & extrema gaudii luctus occupat.

Prov. 14.

Secundum, ex his duobus alterutrum tibi necessariò eligendum esse, aut verè lugere, prout explicatum est, & verè simul gaudere; aut vanè ridere, & lugere ac flere, quantum minatur Christus, Id est, vel in Inferno, vel in angore conscientie, vel in poenis temporalibus suffrendis sine solatio, vel quo cunque tandem modo fiat, certa est & indubitate vox Christi Domini comminantis illud infastum Vahis qui rident: serius ocyus lugebunt & flerbunt. Convertant festivitates vestras in luctum, & omnia Cantica vestra in planctum: Ritus uester in luctum convertetur, & gaudium in marorem.

Amos 8.

Zac. 4.

Sap. 4.

Ezech. 2.

Tertium denique, quantò satius sit, bene & Christianè lugere, ut consolationem & gaudium Christi participes, quam vane ridere, ut in illos miserandos fluctus & luctus incidas, quorum nulla vera consolatio, nullum meritum, nulla requies. Illos Dominus irridebit, & erunt post hac decidentes sine honore, & in consumedia inter mortuos in perpetuum, quoniam disrumpet illos inflatos sine voce, & commovebit illos à fundamentis, & iisque ad supremum desolabitur: & erunt gementes, & memoria illorum peribit. Venient in cogitatione peccatorum suorum timidi, & traducent illos ex adverso cogitationes ipsorum. O verè Sapiens, qui ritum reputavit errorum, & gaudio dixit quid frustra deciperis. O verè stultus qui cum posset multum gaudere cum modico luctu, mavult multum lugere cum modico risu! Quasi tristis ille & semper gau-

dens: quasi gaudens iste & semper tristis. Magna est differentia, ut fusè sit in Psalmis sanctus Augustinus, inter ea quæ sunt quasi mala & verè bona, aut quæ sunt quasi bona & verè mala. Sic est noster luctus quasi luctus & quasi nullus es- set p̄e gaudio quod illi adjungitur: è contra sic est risus tuus quasi non esset risus, quasi nullus esset p̄e mœrore qui risum sequitur. Somniant̄ est addere QVASI: quasi dicebam, quasi loquebar, quasi prandebam, eorum quasi quia cum evi- glavererit non invenit quod videbat. Quasi the- saurum invenieram, dicas mendicus, si quasi non esset, mendicus non esset, sed quia quasi erat, men- dicus est: Itaque modo, qui ad latias seculares oculos aperiunt & eorū claudunt, transit quasi eorum & venit verum ipsorum: Quasi ipsorum ſe- licitas est facili, verum ipsorum pena est. Ac si di- ceret sanctus ille Pater de beatis Evangelicis, quasi lugent & verè gaudent; de miseriis vero ſæcularibus, quasi gaudent & verè lugent. Jam- ne dubitabis, ex utris esse debetas? Multiplicata sunt aqua, & elevaverunt arcam in sublime à terra. Ostendit Dominus Mosi lignum, quod Exodi 15: cōm missis in aqua, in dulcedinem verba sunt. FLVMINIS impetus latificat civitatem Dei. QVI seminant in lachrymu, in exultatione metent, IN Pſ. 45. fletu venient, & in misericordia reducante eos: & Pſ. 125. adducant eos per torrentes aquarum in via recta, Ior. 31. & non impingent in ea.

His & similibus Scripturæ locis, possit non modo Veritas, sed & animus in praxi Veritatis confirmari. Vide etiam in 2. parte, Dominica Palmarum, & Feria 4. Rogationum, ubi hæ proponuntur Veritates:

*Lachryma, Passionis Christi Vicaria.
Lachrymarum descensus, ascensus est.*

FERIA QVINTA. DE QVARTA BEATITUDINE, QUAE EST, ESURIES ET SITIS JUSTITIAE.

Beati qui esuriunt & sitiunt iustitiam. Matth. 5.

*RATIO EST, Quia beati sunt qui saturabun-
tur. Sed qui esuriunt & sitiunt iustitiam, saturabun-
tur. Ergo illi Beati sunt, & procuranda illa esurie, as-
que sitis iustitia.*

I. PUNCTUM.

*Quartam hanc Beatus in eum cum p̄e-
cedenti conjungens S. Ambrosius:
Postquam, inquit, delicta deflevi, esu-
rire incipio & sitiare iustitiam, ager In Lyc. 6.
enim in gravi morbo esurit. Sanctus autem
Hieron.*

Hieronymus expendens hoc verbum, *Efūrire*,
NON esse satis ait, velle iustitiam ut salvemur &
beati simus; sed oportet eam efūrire & sibi. Id est
tanta in eam ferri cupiditate animi, quanta qui
efūrit aut qui sit, fertur in cibum & potum.
Sicut enim nimis appetere terrena hæc & cadu-
ca, vito sum est: ita non satis concupiscere spiri-
tualia & coelestia, probosum est & divinæ Sa-
cientiae quodammodo injuriosum. *Initium e-
nimi illius*, inquit Sapiens, *verissima est discipli-
ne concupiscentia*.

At quomodo qui efūrunt & sitiunt iustitiam,
Beati sunt, ex hac etiam vita? Hoc nobis mo-
dus est accuratius perpendendu: ex ratione quam
affert Dominus, quia ipsi videlicet saturabun-
tur. Quæ utratio vim suam habear, necessario
præmittendum est, quod Beatisunt qui satura-
buntur.

Tribus vero id modis explanari potest, primò
sicut non potest melius concipi beatæ & æterna-
illa vita quæ in celo possidetur, quam si dixeris
satiatem esse animi, qua Beatus ex viso & a-
mato Deo ita conquietur ut nihil ultra deside-
ret: unde ajebat David, *Satiabor cum apparue-
ris gloria tua*; Si proportione servatæ, qui sic
in hac vita saturari ut nihil ultra desideret, pla-
nè beatus est quantum potest in hac vita; *Beatum dicerunt populum cui haec sunt; beatus
populus, cuius Dominus Deus ejus*; quasi dice-
ret, quibus abundant omnia, hi se beatos putant,
quia se putant in illis suis bonis posse satiari; sed
errant, non quia non sunt beati qui satiati sunt,
sed quia non satiabuntur bonis suis, in solo enim
Deo satisquærenda est, aut in iis mediis quæ
nos ad ipsum ducunt.

Secundò, de saturitate animi discurrendum
est ad cum penè modum, quo de saturitate cor-
poris: atque ita sicut efūriens & sitiens postquam
id quod efūrebat & sitiebat mauducavit & bibit
ad saturitatem, seu quantum voluit, dici potest
ex hac parte quietus & contentus: sic planè si
accidat animum nostrum suo modo repleti &
satiari his quæ efūrebat & sitiebat: sic contentus,
sic quietus, & quantum dici potest, dicen-
dus erit beatus. *Beatos vos dicent omnes gentes*:
eritis enim vos terra desiderabilis, dicit Dominus
exercituum. Id est, idcirco beatos vos dicent a-
lii, quia vos videbunt habere quod desideratis.
seu quod est humanitus desiderabile.

Tertiò denique, considerandum est quid sit
esse miserum in hac vita: nam ex opposito con-
stat clarissimus, quid sit esse beatum. Jam ysum
seu quod est humanitus desiderabile.

est, non eos esse miseris recensendos qui in mi-
seriis essent humanis, cùm illos beatos Domi-
nus afferat qui pauperem & miserentem ducunt
vitam: sed illi tum miseris, sive sint in miseri-
is, sive in deliciis, qui se male miseris putant &
sentiunt, qui scilicet nolunt quod habent, &
quod volunt non habent: qui sic dolent in is,
qua se defunt & cupiunt, sicut si nihil posside-
rent; aut qui sic mōrent in his quæ contra suā
voluntatem sentiunt, quasi cæteris omnino re-
bus quæ possident non uterentur. Telsis ille-
Aman quicunq; tantis abundaret bonis, quantis Ebb. 5.
ullus à Rege in roro Persarum regno, tamen se
nihil habere judicabat, quamdiu videret Mardo-
chæum sibi non procidentem sicut alios Persas,
Nonne isti tibi miser videtur? Cur porro nisi quia
non est satiatus suis rebus? aliquid aliud sibi ex-
petit quod non habet; vel se his expeditum vel-
let quæ male ipsum habent. Oppone vero illi
hominem, qui suo in vita statu sit contentus, *qui nihil aliud ex humanis desiderer, nihil me-
truat, nihil doleat, nihil speret præter coelestia
& divina: nonne isti tibi beatus cendiendus erit?*
Nonne iste de quo Sapiens: *Felix qui non ha-
buit animi sui tristitiam, & non excedit à ipso sua*,
Hoc est autem saturari, hoc est satiari & conten-
tum esse; ac proinde hoc est beatum esse. O bea-
ta saturitas qua non repletur corpus sed animus;
& qua repletus animus, magis est vacuus, mag-
isque capax capiendo Deo.

II. P U N C T U M.

SED illi qui efūrunt & sitiunt iustitiam, sa-
turabuntur.

Tria hic sigillatim expendenda. Primum
quid sit Justitia, nempe cultus Dei & salutis ani-
mæ, quo quidem cultu nihil justus, nihil æquius:
nihil magis debitum, *Sacrificare sacrificium ju-
stitia*. Ps. 4.

Secundum, quid sit propriæ efūrire & sitiare;
non est enim illa efūries aut litis animi, sensibile
aliquid desiderium, sed sufficit ut sit rationabile
& spirituale, quo voluntas ultrò & libenter, cum
Dei gratia, in illum Dei cultum feratur. *Mente
promptissima atque devota*; Hæc sunt in Scripturis
propensæ voluntatis insignia.

Tertiò denique, qui sic efūrunt & sitiunt
saturabuntur, quia quod unum maximè deside-
rant, illi habent si volunt: & quod non habent,
non desiderant. Desiderant enim Deo servire &
place-

Pf. 53.
placere, quantum cum gratia possunt: & hoc ipso quo id desiderant, sic serviant & placent Deo, ut nullus Deo sit acceptior cultus nullumque gratius obsequium, quam talis animus. In me sunt, Deus, vota tua quae reddam, laudationes tibi. Ac si aperiret David dicat, inquit S. Gregorius: Etsi exterius munera offerenda non habeo; intra memetipsum tamen invenio quod in aratre laudis imporo: quia qui nostra datione non pasceris, oblatione cordis melius placaris. Nihil quippe offertur Deo diutius bona voluntate. Tum explicans fons, quae sit illa bona voluntas, sic concludit, Quid ergo isto holocausto locuplesius, quando per hoc quod Deo immolatus in arate cordis, anima semetipsam mactat. Id est, non sibi parcit, quidquid potest, torum explet, & in co-saturatur atque expletur animus, quod ex una quidem parte, velit quod possit, & quidquid velit ac possit, faciat: ex alia vero, quod licet illud torum, quod potest & quod facit, si valde exiguum, tamen illo se contentum sibiique plenè satisfactum Deus significat. Quod habuit, hac fecit.

Baro. 14.
Si quid sit autem quod non habent, quod certè multiplex & varium esse potest, non tamen illud aliter desiderant quam prout Deo placet. Cum enim ut supponimus, hoc unum maximè velint, Deo servire & placere; neque melius illi serviant & placent quam si se conforment ejus voluntati: certè five res habeant si, & non habent, perinde illis est: quia quando vel eas habent non ita rebus gaudent quam Dei voluntate, qua sit ut las habeant; unde id equitur, ut quando illas etiam non habent, non minus graudent, quam si haberent: quia non minus vident Dei voluntatem in privatione rerum quam in carum usu; sicque velut Angeli nec benedictione nec maledictione moventur. Nonne hoc est saturari? Nonne hoc est expleri? Quid enim amplius & quid capacius potest velle voluntas quam quod velit Deus? Quid aptius explendat voluntari humanae quam voluntas divina? Quoniam alio Beati cibo vescuntur in celis quam ipsa Dei voluntate? Quis denique alius Christi cibus, quemam alia ejus satiaras, quam ut faciam, inquit, voluntatem ejus qui misit me, ut perficiam opus ejus? Sic sem-

per esuriebat hunc cibum ut semper eo saturaretur, quia semper faciebat eius voluntatem: & sic semper saturabatur hoc cibo ut magis ac magis eum esuriret; quia hunc cibum qui comedunt, adhuc esuriunt; & esuriendo saturantur, & si saturando esuriunt sicut beati in celo: In 1.Pet.1. quem desiderant prospicere. Contemplare hæc attentius & ardenter.

Eccl. 24.

*Hom. 5. in
Evang.*

III. PUNCTUM.

*P*ATET ergo quam vere Beati sunt qui esuriunt & sitiunt iustitiam, quia saturantur, quia quod volunt, habebunt; & quod habebunt vel non habebunt, id ita volent; quia quod unicè volunt, est Dei cultus qui bona voluntate praesertim colitur; & quod habebunt vel non habebunt, est Dei voluntas in qua una conquietur; sicque semper dum in Deo sunt contenti, & in ipso Deus, quid superest ad Beatitudinem in hac vita possidendum? Beati sumus Israël, quia que Baruch. 4. Deo placent, manifesta sunt nobis. BEATI viri 3. Reg. sui, & beati servi tui, qui stant coram te semper! 10.

Nota illud semper quia in eo est Beatitudo cœlestis & terrestris. Sicut enim Beatum in cœlo facit quod semper Beatus Deo fruatur; Ita hic Beatitudo saturatii esurientium iustitiam, in eo est, ut semper, si velint, saturentur, quia semper habent unde saturentur. Semper habent ubi iustitiam operentur, semper habent ubi Deum colant, semper habent praesentem Deum, semper habent opus præsens quo illi eruant; Nam siue mandant, siue bibant, siue aliud quid faciant, omnia possunt in gloriam Dei facer: possunt in omnibus divinæ se conformare voluntati: possunt ubique & semper quod volunt, si ubique & semper velint quod debent velle. Nonne hoc talis? Nonne hoc saltet velle concupisces? De nobis cor omnibus ut colamus eum, 2. Mach. 1. & faciamus ejus voluntatem corde magno, & animo volenti. Adaperiat cor nostrum in lege sua & in præceptis suis, & faciat pacem. Vide in 1. parte, Feria 5, Hebdomada 4, in Adventu.

1. Cor. 10.

Omnis copia quæ Deus non est, egertas censenda est.